



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 84. Principum atque Illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

tuum decisum est, quod Canonici in Sæc. XVII.
 celebratione Missæ non possint uti can- A. C. 1699.
 delabro minori, servanda tamen sit
 consuetudo, qua Regulares vel Con-
 fraternitates, non obstante distantia
 unius milliariis ad Processiones conve-
 nire consueverunt: dignitates autem
 nunquam debeant Canonicis celebran-
 tibus inservire. Pariter in favorem Ca-
 pituli Collegiatæ Civitatis Foggianæ
 Sacra Concilii Congregatio die decima
 quarta Novembris respondit, ob aeris
 intemperiem tolerari posse, quod Ma-
 tutinum non ab ortu solis, sed hora
 integra post solis ortum incipiatur. De-
 nique die octava Decembris Sacra In-
 quisitionis Congregatio censuit, quod
 illi, qui anathematis schedas lacerant,
 aut deturpant, graviter peccent, ut-
 pote censurarum contemptores, proin-
 tanquam de hæresi suspecti a S. Officio
 puniri valeant.

§. LXXXIV.

Principum atque Illustrium obitus.

Inter plures Principes hoc anno de-
 functos summi doloris argumentum,
 ac turbandæ rursus Europæ prodromus
 existit funesta mors Josephi Ferdinandi,
 qui Bavariz Electoris Filius primoge-
 nitus, atque ab Hispaniæ Rege ditio-
 num

*Mem. Hist.
 Et Chronol.
 La Clerc
 t. 3. p. 431.
 Theatr. Eu-
 rop. t. 15.*

Sæc. XVII. num suarum Regnorumque Hæres de-
 A. C. 1699. signatus, ex levi aliquot dierum morbo
 non sine propinati veneni suspicione
 Bruxellis die septima Februarii, dece-
 sit. Non minori luctu parentabatur
 Ulyssipone Mariæ Sophiæ Elisabethæ
 Petri Lusitani Regis Conjugi, quæ sin-
 gulari in Deum pietate, & amantissi-
 mæ indolis prærogativa insignis, in
 ipso ferventis ætatis flore triginta trium
 annorum die secunda Augusti obiit.
 Sequentis Mensis die secunda ibidem
 ultimam diem Hafniæ clausit Christia-
 nus V. Danorum Rex anno ætatis suæ
 quinquagesimo tertio. Princeps erat
 otii pacisque impatiens, unde dolosa
 Holsato - Gottorpiensis Ducis deten-
 tione bellum in proprias terras suas
 induxit, ex quo parum gloriæ, mul-
 tum damni, & præter bellandi satieta-
 tem nil emolumenti retulit. Successo-
 rem habuit Fridericum IV. Filium suum.
 Die autem octava Septembris Mutinæ
 mortalitatem exiit Lucretia Barbarina
 Palæstrinæ Ducis Filia, & Francisci
 Estensis tertia Conjux, necnon Rai-
 naldi Mutinensis Ducis Mater: Præter
 hos insuper fatis cessere Georgius Er-
 nestus Princeps Saxo - Meiminganus,
 Carolina Joanna Saelfeldensis Ducis
 conjux, Christina Wirtenbergensis Du-
 cissa, ac ipsemet Dux Georgius, nec-
 non

non Albertus III. Saxo - Coburgen-
sis Dux.

Sæc. XVII.
A. C. 1699.

§. LXXXV.

Synodi Metensis Diœcesanæ decreta.

Hoc item anno Henricus Carolus du
Chambout de Coislin Metensis *Concil. Germ. tom. 10.*

Episcopus die prima Julii Synodum
Diœcesanam congregavit, in qua sta-
tuta & Canones a Prædecessoribus suis
editos atque in unum volumen compi-
latis rursus innovavit, promulgavitque
& habita præsentis temporis ratione
addidit quædam, ex quibus præcipue
sequentes Canones notari merentur:
statutum igitur; ut dierum, qui ex fe-
stis Profesti facti sunt, officia peragan-
tur, nihilque pro eorum celebratione
exigant Parochi. 2. Parochianis in-
iunctum, ut Missæ Parochiali saltem
ex tribus Dominicis uni adsint. 3. Pro-
hibitum, ne supplicationes extra Pa-
rochiæ fines fiant. 4. Ne unctiones
fiant intincto pollice, sed bacillis ex
stanno vel argento in eum usum com-
paratis, 5. declaratum, ut si quis no-
luerit proprio Parocho confiteri in Pa-
schate, petat ab eo facultatem sine
ulla difficultate concedendam, confi-
tendi alteri Sacerdoti approbato, a quo
testimonium confessionis, suo Parocho

con-